



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

13. Discipuli autem increpabant eos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

nentia in hominis potestate non sit. Sic enim ipse Caluinus Caluinus sibi planè contrarius alio in loco affirmat his verbis. Ne tam fisi con-  
tem castrationem in hominis statim esse potestate quis putet, contrarius.  
cludit Christus: Qui potest capere, capiat. Hac ille Institut.

lib.2. cap.8.num.42. At vero sicut de fide docet accuratè Au- De Spir.  
gustinus illam esse in potestate hominis, sed hanc potestatem & lit.  
nullam esse nisi à Deo data sit, iuxta illud D. Ioannis, Dedit cap.30.  
eu potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius: sic Iohann.1.

omnino continentia perpetua sita est in potestate hominis,  
 sed haec potestas nulla est nisi à Deo detur: quia non omnes  
 capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Dicit ergo Christus, Iosue 24.2  
 Qui potest capere, capiat: id est, qui habet à Deo hanc po-  
 testatem, qui iam ex Dei dono voluntatem & propositum  
 continuandi haberet, contineat. Posse in Scripturis circa Dei  
 cultum significat, habere voluntatem faciendi, sed utique ex  
 Dei dono. Dixit Iosue suis Iudeis. Non poteritis seruire Do-  
 mino. In quibus verbis non negat in eorum potestate hoc es-  
 se situm, sed de voluntate dubitat. Quare illis statim respon-  
 dentibus, Nequaquam ut loqueris ita erit, sed seruiemus Do-  
 mino; concludit Iosue: Testes vos estis quia ipsi elegeritis vobis  
 Dominum ut seruiatis ei. Iam posse eos agnosci, quia volue-  
 runt & elegerunt hoc facere. Sic Christus in Euangelio. Si  
 potes credere, omnia sunt possibilia credenti. Haud dubie posse Marc.9.  
 credere, in proprio sermone, commune est omnibus, quia na-  
 turæ est hominum, sicut ipsum credere gratiæ fidelium. Sed  
 posse credere hoc loco significauit Christus, Si vis credere:  
 quia illud demum posse facere censemur, ad quod faciendum  
 necessaria omnia præsidia habemus, maximè autem & im-  
 primis ipsam voluntatem faciendi. Patres igitur hoc loco ex-  
 positam esse docent omnibus continentia virtutem qui eam  
 capere volunt. Dei enim gratiam omnibus eam expertentibus,  
 & implorantibus paratam esse.

### 13. Discipuli autem increpabant eos.

In crepationem hanc discipulorum, interpretantur veteres,  
 quod ex zelo proficiscetur, quo & honori & quieti Do-  
 mini sui consulere volentes, hanc parvulorum oblationem  
 respuebant, existimantes vel ex honore tanti Magistri non  
 esse ad parvulorum curam sedmittere, vel hanc ab illo quasi  
 molestiam alioqui occupatissimo remouere cupientes. Hoc  
 exemplo facilè colligitur, peruersos esse iudices, qui ex cat-  
 his

nis sive sensu estimant Christum. Subinde enim sit, ut ita & debito honore eum spolient, & quæ minimè ei competunt, sub specie honoris ei affingant. Caluinus hoc posterius arripiens, idem crimen Catholicis impingit sed huiusmodi prolatu exemplo, quod prioris criminis eum reum constituit. Sed primum in genere ludit ac dicit. *Hinc nata est immensa superstitionum congeries, quæ fictitium Christum mundo induxit.* Quare discamus non aliter de ipso sentire quam ipse docet, nec aliquam illi induere personam quam à Patre fuit imposita. Hæc adhuc in genere rectè dicuntur, & ipsum Caluinum omnesq; hæreticos propriè perstringunt, qui Christi doctrinam in Euangelio traditam nefariè corruptentes (ut in uno Caluino iam frequenter ostendimus, magisque adhuc ostendemus) longè aliter de Christo sentiunt quam Christus docuit, aliāmque prorsus ei induunt personam quam ei à Patre imposta fuit. Christo à Patre hæc persona imposta fuit, idq; imprimis & maximè, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, scitatem bonorum operum: ut sanguis eius emundaret conscientias nostras ab operibus mortuis, ut essemus noua creatura, seu eius factura, creati in illo, seu per illum, in operibus bonis quæ preparauit Deus ut ambulemus in illis: Denique, ut in nouitate vite ambulantes non seruiamus ultrà peccato, sed liberati à peccato serui simus iustitia, habentes gratiam per quam seruiamus placentes Deo. Quæ omnia docent Christum esse iustificatorem nostrum seu iustitiam & sanctificationem per Spiritum gratiæ suæ, cuius beneficio non seruimus nunc peccato, sed ambulamus in bonis operibus placentes Deo. Caluinus autem cum aliis hodie hæreticis omnibus aliam personam Christo affingit, ut sit iustificator noster, seu iustitia & sanctificatio nostra, per imputationem iustitiae suæ, manente in nobis immunditia perpetua peccatorum, ac seruitute tanta, ut legem mandatorum obseruare, aut in operibus bonis, quæ Deo placeant, ambulare non possimus, ideoque sola fide tum iustificari tum saluari debeamus. Sic homines isti impij non superstitionum sed impieratum immensa congerie fictitium Christum mundo induxerunt.

*Abominanda Caluini vox.* Nunc in particulari ut Caluinus nos accuset, dissimulandum non est. Viderimus (inquit) quid in Papatu contigerit. Magnum se Christo honorem deferre putarunt, si coram panis frustulo se prosternerent. Fœtida coram Deo abominatione. Hæc os illud impurum & fœtidum hoc loco euomuit. Impurus & fœti

fœtidus hærericus, Deoque & Angelis abominabilis, panis frustulum vocat, de quo Christus ipse dixit: *Hoc est Corpus Matt. 25.*  
*meum quod pro vobis tradetur. Et rursum: Panis quem ego da-*  
*bo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.* De quo Paulus *Ioan. 6.*  
*dixit: Qui hunc panem manducat indignè, iudicium sibi man-*  
*ducatur, non dijudicans corpus Domini.* Annon & impius Calui-  
*nus hunc panem ore impuro tractans indignissimè iudicium*  
*sibi tractauit, non dijudicans corpus Domini, sed frustulum pa-*  
*nis per summum contemptum illud appellitans?* *Abomina-*  
*tio desolationis, & fœtida coram Deo abominatio est hæc im-*  
*purissima Caluini doctrina, qua iuge tollens sacrificium, fru-*  
*stulum panis substituit.* Hic videlicet detracta larua suam *Caluini*  
*personam Caluinus demonstrat. Alibi sacram Cœnam vocat, *larua hy-**  
*sacrum epulum, & communionem sacram, in qua corpus Christi detrahi-*  
*verè nobis exhibetur, non secus ac si Christus ipse præsens aspe-*  
*titur.* *Institut.*  
*Aui nostro obijceretur, ac manibus attractaretur.* Hæc ille in  
*Institutione sua.* Aut ergo ibi impostor, aut hic blasphemus  
*est.* Aut ibi contra animam suam mentitus est, aut hic Chri-  
*stum ita verè exhibet ac si præsens aspectui nostro obii-*  
*ceretur, pro frustulo panis habet.* Nisi forte etiam coram  
*Christo præsente, & aspectui nostro sese obiciente prosterni,*  
*fœtidam coram Deo abominationem, Caluinus iudicet. Cate-*  
*rūm de legitima venerabilis huius Sacramenti adoratione,*  
*contra fœtidam Caluini & abominandam blasphemiam, latè*  
*disputauimus in Prompt. Catholico.* Sicuti etiam quomodo *In die ve-*  
*Christo Mediatori Sanctorum inuocatio nihil repugnet nerab. Sa-*  
*(quod altetum hoc loco Caluin exemplum est, & obsoleta erament.*  
*accusatio) eodem in opere accuratè explicuimus, in Domi-*  
*nica 7. post Pentec. ad illa verba, In vestimentis quium, &c.*  
*vestimento 21. & in die SS. Philippi & Iacobi, ad illa verba,*  
*Nemo venit ad Patrem nisi per me.*

### 17. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

**Q**um hæc Christi doctrina mandatorum Dei obserua-  
tionem ad vitam æternam necessariam esse manifestè *Dom. 31.*  
demonstreret, ut & in Prompt. Cath. latius ostensum est, Calui- *post Pent.*  
*Mandato-*  
*nus totam hanc historiam totamque doctrinam nefariè cor-*  
*rumpit, quod ad Euangelicæ veritatis puritatem retinen-*  
*rum obser-*  
*uatio ne-*  
*dam necessariò expendendum est.* Primùm totum statum cessaria,  
*questionis ab hoc adolescentे proposita, & causam quæren-*  
*di penitus inuertit. Venit (inquit) ad Christum non insidiosè,*

K